

CAPUT XVIII.

Honorius III. Episcopo, Decano, & Thesaurario a Lingon.

Significavit nobis A. mulier, quod cum ipsa R. militi viro suo coram Decano S. Quiriaci b Pruvientis, vice...

NOTA.

Legem. Ita restituo inscriptionem, & litteram hujus textus ex quinta compilatione Honorii III. cum male legatur in sexta collectione...

Senonensis. Petri de Corbolio, de quo egi in cap. 1. de postul. Pralat. In domo propria, sicut olim plures virgines, & vidua castitatem professantur...

CAPUT XIX.

a Gregorius IX.

Gaudemus in Domino, Et infra: Mulieres vero, quae relicto maritali thoro, lapsu carnis ceciderunt, si mariti earum a te diligenter communiti, eas ad frugem melioris vitae conversas noluerint recipere...

NOTA.

Gregorius IX. Ita legitur in hac sexta collectione, sed credo legendum esse, Innoc. III. Tiberiad. Episcopo, ut legitur in e. gaudemus, de divorciis...

Habit olim Ecclesiam Cathedralis, cujus Episcopus Joannes dictus subscripsit in Conc. Hierosol. ut refert Carolus a sancto Paulo in Geographia sacra, fol. 316. & Pralato Ecclesiastico praesentis causae cognitionem commissam fuisse...

CAPUT XX.

Idem I. moniali monasterii de a Plauda.

Udum a C. laico mota contra te (quam uxorem suam dicebat) materia quassionis, R. sancta M. in Cosmedin Diacon. Cardin. dedimus audire. Coram quo dictus C. conquerendo proponens, quod indebita recubas eidem...

NOTA.

Plauda. Forlan legendum est, de Plada, quod est distictum cepobium in Italia, juxta lacum Latii, ut refert Paulus Jovius in descriptione ipsius lacus.

valet. Suarez de religione, tom. 2. lib. 1. de voto, cap. 9. Conditione. Quae si expressa elset, redderet actum conditionalem, ita ut ea deficiente, nulla elset, juxta tradita a Basilio lib. 3. de matrim. cap. 1.

CAPUT FINALE.

a Idem.

Mulier, quae in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quam ab eo fuerat judicio Ecclesiae separata, ad religionem libere convolare.

NOTA.

Gregorius IX. videlicet, qui praesentem constitutionem edidit motu proprio absque ulla relatione, seu consultatione, cum nulla Decretalis extaret in hoc titulo.

quae casum adulterii spiritualis comprehenderet, in quo idem dicendum esse, ac de adulterio carnali, jam supra notavimus in e. 3. De divorcio ob haereticam infra agemus in e. quanto, de divorciis.

TITU.

TITULUS XXXIII.

De conversione Infidelium.

CAPUT PRIMUM.

a Coelestinus III.

Audabilem, &c. Et infra: Ceterum, quod interrogasti de Saracenis, qui dum in captivitate essent quorundam Christianorum, viros earum b infidiis, & machinationibus occiderunt, utrum quia postea per ipsas ad fidem christianam conversi sunt, easdem de jure accipere possint in uxores, vel si duxerint, ipsum conjugium teneat...

NOTA.

Coelestinus III. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub h. t. c. & hanc inscriptionem exposui in e. 1. de except. non infidelibus postea conversis, sed fidelibus machinationibus in necem virorum impostum fuit...

lesionem in praesenti non posse ab haeresi excusari, eo quod fenerit matrimonium dissolvi inter fideles, si alter conjugum labatur in haereticam, contra id, quod docet Innocentius in e. ex parte 14. de conversis, conjug. Sed adhuc dicendum est, Coelestinum in praesenti locutum fuisse juxta sui temporis sententias, quae varie erant circa divorcium ob haereticum faciendum...

CAPUT II.

Gregorius IX. a Argentinensi Episcopo.

EX litteris tuis accepimus, quod quidam de Judaica caritatis errore ad Christum verum lumen adductus, uxore suam in Judaismo b relicta, in judicio postulavit instanter, ut eorum filius quadriennis assignaretur eidem, ad fidem catholicam, quam ipse susceperat, & perducendus...

NOTA.

Argentin. Argentinia, sive Argentoratum, Argentuaria olim dicta, nobilis civitas est Germaniae, Alfaciae gemma, & anima: ejus meminerat Ptholomeus, D. Hieron. & Ammianus Marcellinus: Episcopatus insignis est, & nobilissimus totius Germaniae praedicator: Canonicos omnes Principes habet, sive Comites, & Barones, inter quos recipi non possunt, nisi generi convenientes, summumque nobilitatis censentur...

pulum, ac deinde Episcopus verbo, & opere potentes, ut sanctos Amadum, Arbogastum, Florentinum, Arsoaldum, Justum, Maximum, ut refert plura de ipsa nobili urbe adducens Bachelinus tom. 3. Germaniae sacra, fol. 55. Bertoldo Duci Theonis, epusque Praesuli missa est praesens decisio. Quo casu matrimonium dissolvatur, notavi in can. Concil. Illib. & latius dicam in cap. quanto, de divorciis.

cam, moreseque Judæorum reversurum, iuxta illud D. Gregorii...

Ut semel obstitit Genitrix pectora patrum Vana superstitio, non interrupta cucurrit.

Inde notitur magna presumptio contra descendentes ex Judæis, ut probant Simanchas de cathol. tit. 50, n. 11.

Et deinde notitur magna presumptio contra descendentes ex Judæis, ut probant Simanchas de cathol. tit. 50, n. 11.

Quare in sanctis litteris, & a Sanctis Patribus sæpe lapsus ammonentur patres circa educationem filiorum...

Et de Hieron. in ep. ad Salvianum, ait: Non est parvi apud eum meriti filios bene educare, difficiliter eruditur quod nudum animi...

d Matero solatio. ) Nam filius per triennium ablatandus est a matre, quod adeo æquum visum fuit Diocletiano & Maximiano...

Unde etiam major pars bonorum a matre obveniat, nihilominus totum patrimonium appellatur, l. 3. §. bonorum, ff. de bonor. poss. l. 1. §. si quis stipulatus...

Ob robur majus sexui concessum, & quia cum minori sexu, & pudicitia periculo inter homines conversetur, & negotiorum...

matrem saltem venialiter peccare, quæ proprio lacte filium non nutrit, nisi adit iusta causa, resolvunt Covar. de sponsal. 2, p. e. B. §. 6, n. 13.

c Dolerosus in partu. ) Consonat Justinianus in l. affinis, C. qui potiores, ibi: "Quis enim earum non misereatur propter obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem."

f Matrimonium. ) Et quamvis pater matre sit præstantior sexu, & dignitate, l. in multis, ff. de statu homin. tamen hæc conjunctio non dicitur patrimonium, sed matrimonium; quod eo factum esse docet D. Aug. lib. 19, contra Faustianum...

Unde etiam major pars bonorum a matre obveniat, nihilominus totum patrimonium appellatur, l. 3. §. bonorum, ff. de bonor. poss. l. 1. §. si quis stipulatus...

Ob robur majus sexui concessum, & quia cum minori sexu, & pudicitia periculo inter homines conversetur, & negotiorum...

Unde etiam major pars bonorum a matre obveniat, nihilominus totum patrimonium appellatur, l. 3. §. bonorum, ff. de bonor. poss. l. 1. §. si quis stipulatus...

Alii debent. ) Sicut in animalibus filiorum educationem, & eos alendi necessitatem inclinatus, sed impulsus naturalis indixit, ita similiter in parentibus obligationem alendi liberorum...

COMMENTARIUM.

R egulariter olim factum divorcium, apud patrem morari, & educari liberi solebant, tum propter jus patria potestatis, tum ut ab eo alerentur, & si uxoris causa divorcium intercessisset, maritus propter singulos liberos, & matrimonio...

patria potestate. Sensim postea inolevit, ut pro sexu diviso fieret, ut patri maris, matri femine traderetur: ex iustis tamen causis veluti ob suspectos patris mores, utriusque sexus liberi, quantumvis exuberantes, soli matri tradebantur, sine diminutione patria potestatis...

TITULUS XXXIV.

De voto, & voti redemptione.

CAPUT PRIMUM.

Alex. III. Exon. a Episcopo.

De l peregrinationis quoque votis, an elemosynis redimi possint, vel aliud pro necessitate impleri, tibi respondemus, quod ab ejs, qui præfident, dependet arbitrio, ut consideret diligentius, & attendat qualitatem personæ, & causam commutationis...

NOTÆ.

a Exon. ) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. & post Concilium Lateran. p. 33, cap. 3, ubi additur, pater consensit Menemini, forsitan quia referuntur in presenti parvi textus in cap. monachini, qui clerici, vel vota De Exonem dicitur plura adduxi in c. 6, de filiis presby. b Peregrinationis. ) Ad loca videlicet sacra, necnon reliquias Martirum; omni enim tempore in Ecclesia usitatus invenio fideliū peregrinationes ad loca sacra, & Sanctorum reliquias, inter quas præcipua fuit Hierosolymitana, quam valde commendat D. Hieronymus ep. 27, ad Eustachium, ibi: Cuius enim generis homines ad sancta loca non conveniunt? Et magni fecit in ep. 19, ad Paulam, adducto D. Pauli exemplo, qui illic sepulchri Domini vilendæ causâ concessit, ut pater ex epist. 2, ad Galatas, & cap. 20, Actuum Apostol. Celebris etiam fuit peregrinatio ad limina Apostolorum, atque illic ex omnibus provinciis concursus fieri, refert Nicolaus I, ep. 2, ad Michaelē Imperatorem; & omni tempore celeberrima fuit peregrinatio Compoll. ad corpus D. Jacobi, de qua agitur in c. propeher 4, de consec. Eccl. & in Gallia frequenter fiebant peregrinationes ad Ecclesiam sancti Martini Turonensis, & sancti Salvatorii Tolosæ, ut sanctus ex Concilio Cabilon. sub Carolo, canon. 44. & 45. Plura de his peregrinationibus ad Martirum reliquias concessit Ferrandus in disp. relig. lib. 2, cap. 3, artic. 6, per totum. Et de his peregrinis accipiendus est Fredericus in consil. rotam in cap. 1, de testamentis, in 7, caput, juncto ibi Ciriono. Confluebant enim Christiani ad Sanctonum reliquias, velut ad oraculum, & controversarum, & criminum detegendorum causa, ut de templo B. Felicii narrat D. August. ep. 137, ibi: "Elegi aliquid medium, ut certo placito loco ambobus conviderent ad locum sanctum se peregrinatos.ambo utriusque est sanctitas loci, ubi B. Felicius Nolensis corpus conditum est, quo voluit ut peregrinaret, quia inde nobis fidelius scribi potest quicquid in eorum aliquem divinitus fuerit prolatum." Sic etiam Eusebius lib. 6, D. Hieronymus de scriptis in Alex. testantur, sanctam Alexandræ peregrinationem esse Hierosolymam ad videnda loca sancta. Alia de his peregrinationibus cumulatim Grethelerus lib. 1, peregr. ex c. 2, supra ad 12, Theophilus, tom. 1, in Heterod. punct. 3, in principio.

COMMENTARIUM.

EX hac Alexandri decisio sequens deducitur assertio: Ita in possessione elemosynis redimi, vel in aliud commutari, superius intercedente auctoritate. Probant eam textus in cap. 1, c. 2, q. 3, c. magus, h. t. Illiustrant ultra conceptis in presenti a Barbosa, & Garona Mandosius tit. de voti redemptio, Stanica & Sotomayor de voto q. 6, Balboa in cap. propositi 3, de iuribus Diana p. 2, tit. 3, resolut. 7, c. 3, Lehus lib. 2, de iustitia cap. 4, num. 10, Layman lib. 4, Theolog. Moral. tract. 4, c. 8, num. 12, Eicobar de utroque foro, art. 5, q. 18, n. 180, Manrique de differ. utriusque foro, cap. 103, num. 21, Candidus 1, tom. disp. 25, art. 1, dub. 6, cap. 8, Sanchez in select. cap. 12, num. 3, Castropalao tom. 3, disp. 3, de voto, Trullench in Decret. lib. 2, cap. 1, dub. 3.

Sed hæc assertio difficultè valde redditur sequenti consideratione. Vel voti commutatio sit in rem evidentè meliorem, vel in aequalem, aut deteriorem; si fiat in meliorem, non est necessaria non est superioris auctoritas, cap. serventis 3, de iur. regn. si in aliud aequale commutetur, id est ejusdem virtutis, & bonitatis, commutatio fieri non potest, quia aliud pro alio invito creditore solvi non valet, l. quantum, §. manutis, ff. de rebus creditis, l. si se §. aut prætor, ff. de re judic. l. item liberatus, §. qui parvus, ff. quibus modis pignus, l. propositi, §. si fin. ff. de constitut. pecun. Ergo si in deterius, aut minus commutetur, omnino talis commutatio improbat, præcipue cum commutatio voti fit quadam novatio, per novationem autem non tollitur prima obligatio, quando secunda continet minus quam prior, lege qui usum fructuum, ff. de verb. oblig. l. si pupillus, §. qui autem, ff. de novat. ubi Bartolus rectè id extendit, ut etiam interveniat nova persona, nihilominus non detur novatio, quando secunda stipulatio continet minus quam prima; celeberris textus de leg. cum qui, §. proinde, ff. de verb. oblig. idem neutro ex his casibus defendi potest præfens assertio. Augetur hæc dubitatio ratio ex eo, nam qualibet voti obligatio adimpleri debet in specifica forma, cap. licet, h. t. ibi: Sentio necessarium esse, ut contingat in juramento, in quo si quis juraverit solvere, non adimplet juramentum debicum commutandam, quia per æquipollens non rectè adimpletur promissio Dei facta; igitur votum commutatione facta, non per æquipollens, sed in specifica forma adimplendum est.

Qua difficultate non obstante, vera est præfens assertio, pro cuius expositione sciendum est, votum diversimodè accipi.

Constitutio traditur, & probatur.

Traditur ratio decidendi.

Voti variæ acceptio.

BIBLIOTECA CENTRALIS HANNOVERÆ